



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 84. Reformatorum & Socinianorum Synodus Xiansi in Polonia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

fce sectarios in unum agmen coegerat. Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.  
Tandem dicebantur *Monarchici*, eoquod  
affererent, quod tanquam unicum, &  
supremum Deum duntaxat Deum Pa-  
trem agnoscerent; hodie dum autem in  
Hollandia, & Anglia nominantur *Me-  
monisæ, Arminiani, Coccæjani, Tremulan-  
tes, seu Quackeri*, cum enim Sociniani  
nomen ubique infestum esset, eorum  
potissimi sese societatibus toleratis ad-  
junxerunt.

## §. LXXXIV.

*Reformatorum, & Socinianorum Sy-  
nodus Xianzi in Polonia.*

*Lubien. Hist.  
Ref. Eccles.  
Polon.*

Primum ab anno Christi millesimo  
quingentesimo quinquagesimo se-  
cundo, ac quinto Socinianorum nume-  
rus usque adeo excreverat, ut Pinzoviæ,  
Cracoviæ, Lublini, Luclaviæ & Kioviæ,  
necnon in Volchynia Provincia & a-  
libi sectæ suæ Ecclesiæ erigere vale-  
rent, demum vero tantopere potentia  
augebantur, ut ipsorum facio prævale-  
ret in Synodis, quas regnante Sigis-  
mundo Augusto, tam ipsi, quam existi-  
mati Reformatores in Polonia cele-  
brabant.

Ceterum jam supra illarum memi-  
mus Synodorum, quas Anno Domini  
millesimo quingentesimo quinquagesimo  
quinto Pinczoviæ habebant: illud ve-

ro



Sæcul. XVI.  
A. C. 1562.

ro conventiculum, quod Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo primo die trigesima Januarii celebra- bant, numero erat decimum nonum, vigesimum autem Mense Martio Anno supra millesimum quingentesimo sexa- gesimo secundo Xianzi coge- bant.

Ibidem Blandratus ob vim, quam circa subscriptionem in Cracovieni con- venticulo sibi illatam fuisse querebatur, aliam sectæ suæ profesionem offere- bat, afferenes, quod Pater, Filius, & Spiritus Sanctus tres diversæ sint Hy- postases, quæ sunt essentialiter Deus. Admittebat insuper æternam Filii ge- nerationem, ejusque Divinitatem, nec minus profitebatur, quod Spiritus Sanctus verus fit Deus æternus a Patre Filioque procedens: quantumcunque autem hæc declaratio videretur ortho- doxa, Synodus tamen illam in consen- fu prælegi haud sustinebat, sed eam prius privatis quibusdam discutiendam tradebat, aliis illam approbantibus, a- liis vero eam abs dubio vel ideo reji- cientibus, eoquod in ea non revocare- tur opinio antea tanto ardore propu- gnata, in qua Blandratus dicebat, quod Patri quædam eminentia supra Filium competat.

§. LXXXV.

